



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

11. Super verba illa. Memento homo, quia puvis es, & c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

*Jerem.* Regi Ioacim, *Qui sepultura a sini sepelitur, putrefactus & projectus extra portas Ierusalem, quod & Iezabeli factum: túque forsitan promeritus es ob tua peccata.*

*4. Reg. 9.*  
35.

---

## MEDITATIO XI.

*Super illa verba: Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

### PUNCTUM PRIMUM.

*Homo ex pulvere.* **C**Ur homo ex pulvere factus, cum potuisset ex nihilo corpus creari, sicut & anima 1.  
1. Ad humiliandum ipsum ex intuitu originis. 2.  
2. Ut Dei benignitatem potentiámque amaret: qui ex pulvere per inspirationem animæ fecisset ipsum ad imaginem suam: *Quid superbis terra & cinis, & ex donis Dei cur extolleris? Adam oblitus originis suæ, affectavit esse, sicut Deus.*

*Eecl. 10*  
9.

### PUNCTUM II.

*In pulverem regressus.* **C**Ur homo damnatus, ut in pulverem redeat? 1. Ut intelligatur malitia peccati, quæ promeruit tam nobile opus in pulverem redigi: cum alioquin non fuisset interiturum, si non peccasset. 2. Ut qui ex vilitate principii, unde plasmatus est, non se continuit in humilitate, humiliaretur ex fine, quem habiturus est redactus in pulverem 3. Ut recordatione pulveris extremi, terrenas comprimat affectiones, & commissorum agat pœnitentiam, ut suadet

Pro-



*De parabola divitis avari.* 57

Propterea: *In domo pulveris, pulvere vos con-*  
*spergite, hoc est, qui domus luteas habitatis, in*  
*suum principium resolvendas, pulvere vos con-*  
*spergite, ritu Pœnitentium.*

*Mich. 1.  
10.*

PUNCTUM III.

**C**Ur dicat, *Memento: quia pulvis es, non au-*  
*tem, fueris? Nempe, quia de facto est,*  
*sicut de terra constans, ita ad terrena proclivis,*  
*& instabilis, ut pulvis, quem projicit ventus à fa-*  
*cie terra, tum in consiliis & bene cœptis:*  
*tum ob vitæ mortalis casus, & incertitudinem.*  
*Optimum esto consilium, quoties aliquod*  
*apparens bonum meos percellit sensus, mihi*  
*objiciam statim: atqui hoc totum pulvis est, &*  
*ego ipse pulvis sum, postmodum exsufflandus.*

*Pulvis es*

*Psalm. 140*

PUNCTUM IV.

**O**Mnia mihi occinunt sententiam istam, ac  
*præcipuè calvariæ & ossa defunctorum,*  
*inter quæ versans, & illud audire mihi videar:*  
*Memor esto judicii mei, sic enim erit & tuum, mi-*  
*hi heri, & tibi hodie, pro hodierno haberi debet,*  
*quod vita mortali clauditur, quia brevis & in-*  
*certa est.*

*Ecel. 38.*

*28.*

MEDITATIO XII.

*De oblivione mortis, ex parabola divitis*  
*avari. Luc. 12.*

PUNCTUM I.

**T**Riplex fallacia ex oblivione mortis exem-  
D 5 plo